

20302

STATUTA
NOTARIORVM
DE COLLEGIO,
ciuitatis Vicentiæ.




D
1
105

*Hæc Vicentini Scribæ, tria sidera campo
Quæ sunt rubenti, candida signa tenent.*



S T A T V T A
N O T A R I O R V M
C I V I T A T I S V I C E N T I A E .



VNCTOS mortales Natura sic genuit, ut inter omnes quædam ab ipsa Natura profecta insit communitas, atque societas. Hanc tamen in angustius contrahit gentis, & linguæ, ac Nationis identitas. Arciorem uero eam efficit eiusdem communitas ciuitatis. Est autem illa nodosior, quam artis similitudo peperit; & munerum, officiorum, ac studij communicatio, quam consequitur utilitas, coniugauit. Nihil enim est similium sui appetentius, nilquæ quod ad se tam rem ullam alliciat, quam similitudo, ad uinculum societatis: ea quippe cunctis in rebus societatis est mater, & identitas ad inuicem idem facit; Quæ similitudo, ac communicatio profectò illos, quibus in esse cernitur, (Quoniam Natura congregabiles sunt) facillime sub eiusdem legis norma, complectitur, & sub fraterna collectione coniungit. Amicitia namque, societasuè omnis in communicatione consistit; & aliqua habere communia, est societatis initium; appellanturquæ ideo ut amici, commilitones, & conuigatores, ac cæteri, qui in aliqua communicatione conueniunt. Hac itaque & artis similitudine, & studiorum, officiorum, & munerum communicatione coniuncti Notarii ciuitatis Vicentiæ, meditantes collegia, & societates non eis tantum, quos uinciunt, esse proficua; sed per ea, & tutas fieri, & augescere ciuitates; quodquæ tunc recte communicare, & urbes, & cæteræ congregationes dicuntur, cum de simul conferentibus æqua ratione consentiunt (Politica etenim amicitia uideatur esse concordia) sese in unum corpus, unumquæ collegium colligati, sub pari legum obseruantia, æquabilis uè dispositione ordinis subiecerunt; Vt quos (sicut plerunque contingit) disfidere, uel à recto abduci, error improbitatis impelleret, sanctionum nodus cum pœnarum formidine, & iuris moderatione, coerceat. *Oderunt peccare boni.*

A Virtutis

Marius q. Francisci de S. Seuerino
Horatius & } filii supradicti Marii
Franciscus }
Claudius filius Gabrielis de Merzariis
Mutius f. Ioseph Mutii de Pusterla
Scipio f. Melchioris de Orglano
Bernardinus q. Augustini de Soardis
Nicola q. Sebast. de Rainaldis à zucca
Iacobus q. Io. Francisci de Valle
Octavianus f. Nicolai de Cauaiono
Camillus q. Vincentii Moluena

70
Hieronymus & } filii Antonii de Ce-
Peregrinus } reda
Iulius filius Pauli à Pace
Aloysius filius Nicolæ de Malado
Flaminus fil. Hieronymi de Magrade
Hieronymus q. Galeatii de Calderariis
Ioannes filius Francisci de malclauellis
Euangelista filius q. Ioseph de Ricciis
Iulianus q. Io. Baptistæ de Custodia
Felix q. Io. Blasij de malclauellis
Ioseph q. alterius Ioseph Bonini.

*Impressum Venetijs per Ioan. Gryphium
anno Domini 1566. 9. Septembris.*

Existentibus Præsidentibus Præfati collegii infra scriptis, uidelicet.

D. Ioanne Petro de Bonagentibus
D. Stephano Coccia
D. Petro à Palatio
D. Io. Hieronymo à Zoga
D. Nicola de Malado
D. Augustino Auiano
D. Ludouico de Valle

D. Francisco ab horis
D. Francisco Cauaiono
D. M. Antonio Brolia de Persico, &
D. M. Antonio Clupano Syndico,
Nec non
D. Ioseph Siuerio syndico electo ad procurandum expeditionem præsentis operis.

